



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

42. An exempti accipiant ab Episcopo ea quæ sunt ordinis Episcopalis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

sur cap. de his de sent. excom. Siquidem necessitas semper excipitur à quibusvis legibus & prohibitionibus humanis, Processus in praxi Episcop. parte 1. cap. 1. sub finem.

QVÆSTIO XLII.

An accipiant ab Episcopo ea quæ sunt ordinis Episcopalis ?

SUMMARIUM.

1. Episcopalis ordinis quæ sint. Episcopo.
2. Postulari debent ab Episcopo.
3. Nisi Episcopus conferre venueret.
4. In actibus voluntariis exempti subsunt.
5. Nisi per actum voluntarium præiudicetur Episcopo.

1. **D**iximus supra lib. 1. quæst. 6. in fin. ex sententiâ Canonistarum, Episcopatum esse ordinem adde Io. Andr. in proemio sexti in verb. Episcopus ubi DD. Albert. Troylus de profecto clerico lib. 1. cap. 2. num. 4. & seqq. à quo plurima emanant quæ ordinis Episcopalis esse perhibentur, ut est Chrismati, oleum sacrum, Consecratio altaris Ecclesiæ, item reconciliatio, Clericorum ordinatio, dispositio, suspensio, & alia similis generis allata & probata à Bertrachino tract. de Episcopo lib. 4. part. 1. quæst. 19. nu. 53. quæ præbuerunt causam huius quæstionis ad quam Paucis respondeo omissis eis quæ supra in eadem materia attuli quæst. 11. eod. lib. exemptos hæc debere postulare ab Episcopo, ita disponente tum iure cap. veniens §. Chrisma ubi Io. Andr. Abb. & DD. præscript. Anania cap. per tuas nos. 1. de Simonia ubi loquitur de Carthusiensibus Oldra cons. 249. Clem. 1. §. præsentatos ubi Card. de excessib. prælat. cap. cum nullus vos. inferiores de temp. ord. in 6. glo. cap. abbatius 18. qu. 2. Calder. cons. 4. de privileg. tum universali & immemoriali consuetudine ut testatur Cardinalis cons. 112. visio privilegio Tum Concilio Trident. sess. 23. cap. 10. Nauarr. in Manuali cap. 22. num. 18. vers. tertio qui contrauenit.

2. Quod tamen moderandum est, nisi Episcopus noller ea exhibere Canonice ut oportet, puta gratis, tum enim potuerunt ea petere ab alio præside rex. d. ca. veniens §. Chrisma ubi DD. Franc. 1. ubi late in verb. instituta de privileg. in 6. ubi Io. Andr. & Domin. Ex quibus extollarie inferitur. quod exempti subsint diocæsano in actibus voluntarie iurisdictionis, ita censuit Hostiens. quem refert Ioannes Andreas in cap. Canonica de sent. excom. & in cap. quod ob gratiam de reg. iur. in 6. Lapsus d. cap. cum nullus nisi tamen per actum voluntarium fieret præiudicium privilegio seu sanctæ Sedis rex. cap. cum tempore de arbitr. aut nisi actus voluntarius seu factum iurisdictioni eius non subiaceat. Dom. & Franc. d. c. cum nullus in glo. super verb. religioso.